



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quid sit custodire aut conseruare verbum Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Sic dicit porrò Apostolus 1 Corinth. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, id est, damnantur, quia in Adam omnes peccauerunt Ro. 5. ita in Christo omnes uiuificabuntur, id est, saluabuntur propter fidem in illum: nam tali medio, id est, propter Christum, statuit Deus saluare qui in illum credunt. Ioan. 3. vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. His verbis oportet corde credere, non auribus credere, sicut multa solum auribus audimus, vt Historias de Alexandro, Scipione, Hannibale, & fabulas Poëtarum &c. Quibus rebus aures tantum credunt, sed non cor certò credit: At verbo Dei audito oportet etiam credere corde, nam Apostolus dicit Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam: non dicit, auribus &c. Omnia ergo quæ nobis dicit Deus per verbum suum, siue hoc sit gloria aut pœna, de fide aut operibus, de benedictione aut punitione, de promissis aut minis, quæcunque præcipit aut prohibet, hæc omnia oportet corde credere & facere: & tunc verbum DEI sanctificat, saluat, & consolatorium est.

Multi sunt qui audiunt & credunt ad tempus, Lucæ 8. Sed opere aut tempore tentationis & aduersitatis, non custodiunt aut constanter retinent verbum Dei: multi sunt qui dicunt, Domine Domine, sed non faciunt voluntatem patris, id est, verbum eius non custodiunt. Ad Titum primo. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Exiguus est numerus credentium: homines enim in mundo aut sunt penitus infideles, aut tepidi Christiani solo ore & auribus, & vix vltima pars manet constans & fidelis. De illis ergo negligentibus verbum Dei, vbi que scriptura dicit: Et Christus illos beatificat, qui audiunt Luc. 8. & xii. verbum Dei, id est, auribus cordis credunt, & custodiunt illud, scilicet in opere & tempore aduersitatis. Ecce magnam promissionem verbi Dei, quæ non habet præ-

3.

Matth. 7

Luc. 8. & xii.

bet præ-

bet præceptum hominis, scilicet, Beati qui verbū Dei audiunt & custodiunt illud. Fides igitur de Christo, quam ubiq; scriptura docet, propter Christum ex misericordia accipiet beatitudinem, non hoc facit opus hominis sua dignitate.

Custodire quoque oportet verbum Dei: hoc quodque exigit Christus, scilicet illam constantiam & fortitudinem ab his qui veri sui discipuli esse volunt. Nam multas tribulationes habet fides Christi. Hic veniunt volucres cœli & tollunt, ne illi credatur, Lucæ octavo. Deindè aduersarius noster Diabolus vt leo rugiens & deuorans, circuit, i. Pet. quinto. Hic tumultuatur mundus, vt tollat substantiam aut vitam: sed custodire oportet verbum Dei, & hoc non relinquere. Christus dicit Matthæi decimo: Qui plus diligit patrem & matrem quàm me, non est me dignus: & iterum, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. & Ioan. 16. Confidite, quia ego vici mundum. Igitur non abnegare fidem Christi in aduersitate, deindè facere & viuere iuxta verbum Dei, est custodire illud & conseruare. At inquis: Quid est acceptare verbum Dei? est credere corde, quòd propter Christum quem Deus dedit nobis propitiatorē in sanguine eius, accipiat remissio & vita. Hoc testatur vbiq; scriptura. Is qui sic credit, acceptat verbum Dei, & viuunt in illo: qui autem alia via hæc cupit consequi, scilicet propria iustitia, merito & opere, aut illis vel totam tribuit salutem, aut partem cum Christo, & non omnem gloriā Deo refert, is non acceptat verbum Dei, neque viuunt in illo: ob id neque sanctificatur, nec saluabitur. Non autem hoc dicitur, vt nostra opera & iustitia nihil sint: exigit enim Deus obedientiam præceptorum à iustificatis, & promittit præmia accidentaliter ex misericordia propter Christum pro obedientia legis in hac & post hanc vitam: at capitale præmiū salutis accipit iustifi.

iusti
grati

1.

2.

3.

Iustitia

pter m

bor. &

ris Do

potest

mine?

tit pecc

pse agn

an, prin

ouibus

remittit

& Chri

illis, Io

ta, remi

natio v

propter

propter

opus ve

tute ren

na, nec

iustifi.

justificationis transfertur in Christum, propter quæ gratis accipimus credentes.

CAPVT XXXXI.

ARGVMENTA.

1. Undè sit remissio peccatorum, & quis remittat peccata.
2. Quomodo sit intelligendum, quando dicitur, sacramenta, opera, oratio, ieiunium, eleemosyna, charitas &c. remittunt peccatum.
3. Quàm diu duret remissio peccatorum.

Hoc caput est doctrinæ Christianæ, quod solus Deus remittat peccata, & donet vitam æternam: hæc duo à solo Deo veniunt & pendent Esai. 45. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter meipsum, & peccatorum tuorum non recordabor. & Dauid Psalm. 129. Si iniquitates observaeris Domine, Domine quis sustinebit? Iob. 14. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es? solus ergo Deus remittit peccata: & quoniam Christus Deus est, ergo & ipse agnus Dei dicitur, qui tollit peccata mundi, Ioan. primo: & ipse, quia Deus, donat vitam æternam omnibus suis, Ioan. decimo. Ministri etiam Ecclesiæ remittunt peccata non propria autoritate, sed Dei & Christi, qui commisit hanc potestatem & claves illis, Ioan. 20. inquiens: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Remissio ergo peccatorum & donatio vitæ æternæ, à solo Deo est, ex misericordia propter fidem in Christum, gratis nobis exhibentur propter bonitatē Dei, ex quo sequitur, quod nullum opus vel sacramentum sua propria & naturali virtute remittat peccata, nec ieiunium, nec eleemosyna, nec campanæ, nec oratio. Nullum opus aut virtus

L

tus